

in Polis concipiamus; tunc enim axis figuræ Sphæroidis cum axe Telluris coincidit; & omnes Sectiones ad Æquatorem parallelæ ad axem Sphæroidis sunt perpendiculares, ideoque circulares. Ita, ut aqua in singulis circulis latitudinis ubique eandem habeat altitudinem, quæ motu Telluris non mutatur in locis peculiaribus.

Si ex Polo recedant luminaria, agitationem continuo magis ac magis augeri facilè videmus, donec omnium fit maxima, revoluta Sphæroide circa lineam ad axem suam perpendicularem, posito Sphæroidis axe in plano Æquatoris.

Hinc liquet, quare in Sizygiis prope æquinoctia, æstus omnium